

omnem a te abicere redeundi unquam in litteras, et michi spem universam eius rei, si quam conceperam, adimere videbare. vale^(a). Padue, .mii. kalendas novembbris 1395.

giacchè parrebbe
ch'egli abbia ab-
bandonato le lette-
re per sempre.

LXVII.

P. P. VERGERIO AD ALDOVRANDINO DA FERRARA^(b).

[B, c. 34; P, c. 28 B].

Padova,
3 gennaio 1396.

La prudenza insegna che l'uomo deve, primo, conoscersi, e poi considerare la fine di ogni cosa; ora la morte è fine di tutto, e sempre incerta; eppero intorno ad essa si fanno i più gravi errori, come Cicerone attesta.

QUANDOQUIDEM prima prudentie precepta sunt ut cognoscamus nos ipsos, deinde, ut finem in omni re spectemus; finis autem omnium mors; hinc fit ut magno et sapienti viro ante omnia 10 veniat considerare quod, sive conditionem nostram respicere velimus, in nullam rem sumus proniores, sive mortem ipsam, vix in re ulla peccari magis potest. plerique enim bene prudenterque reliquam vitam exegerant^(c); indocti, ut est apud Ciceronem^(d), more histrionis in extremo actu defecerunt. deinde^(e) sententia illa 15 in proverbium venit, quod « tota philosophorum, idest sapientium, « vita commentatio^(f) mortis est »^(g). quid enim aliud sapientes elaborant quam ut bene mori possint? aut qui bene mori possunt, nisi qui bene vixerunt? bene autem ille vixisse dicendus est, qui non unam aut alteram, sed qui omnes vitae partes etatesque omnes 20 ad extremum cum prudentia rationeque dispensavit. quod ergo ad extrema attinet, magna esse cura sapienti debet ne quid ambigui aut incerti post huius vite excessum in rebus suis emerget; sed, ut^(f) prudenter omnia in vita administrata sunt, ita facta esse 25 post mortem appareat. hoc autem testamentis suis confidere homines solent et supremum in eis iudicium declarare; quod si iure^(g) et legibus constet, ipsum quoque per leges servari debere constitutum est. nusquam vero melius ordinari testamenta possunt aut ulle res fieri quam cum animus viribus suis viget et omni adversa

Esplica il signifi-
cato del detto e es-
sere la vita del
sapiente una con-
tinua meditazione
sopra la morte».

e con ciò dimostra
l'importanza d'un
testamento legale,

redatto quando la

(a) *P valeas* (b) *B P. P. V. Oldovrandino P Eiusdem ad Oldovrandinum* (c) *Codd.*
exegerant indocti (d) *P inde* (e) *B commendatio* (f) *P uti* (g) *P espunge si iure*

(1) Cic. *De Senect.* II, 5: il testo dà però «cum ceterae partes aetatis «bene descriptae sint, extremum ac-

«tum tamquam ab inertis poëta esse «neglectum».
(2) Cic. *Tusc.* I, XXX, 74.